quanta non dicam ore percurrere. sed ne ipsa quidem mente ualeat alio tempore recordari.

DE EXOMOLOGESI. idest CONFESSIONE. Ca. XIIII.

Xomologesis. εξομολογησις. greco uocabulo
e dicit. quod latine confessio interptatur. Cuius nomis duplex significatio est. aut enim in laude intelligitur confessio. sicut est. Confiteor tibi domine pater cęli et terrę. aut in denudatione peccatorũ. cum quisq; deo confitetur sua peccata ab eo indulgẽda. cuius indeficiens est misericordia. Ex hoc igitur greco vocabulo exprimitur & frequentatur Exomologesis. quod delictum nostrum dño confitemur. non quidem ut ignaro. cuius cognitioni nihil ocultum est. Vnde p sapiẽtiam dicitur. Qui abscõdit scelera sua nõ diriget. qui aũt confessus fuerit. & reliquerit ea. misericordiã consequetur. Cõfessio est. rei scilicet eius quę ignorat̃ prefessa cognitio. Vtile enim ac iocundum quisquam esse existimauerat rapere. adulterari. furari. si tibi hęc ęternę dampnationis obnoxia cognouit. cognitis his. confitetur errorem. Cõfessio autem erroris. professio est desinendi. Desinendum ergo est a peccatis dum cõfessio est. confessio autem antecedit. remissio sequit̃. Cęterum autem extra uiam est qui peccatũ cognoscit. nec cognitum confitet̃. de quo instruxit nos psalmista dicens. Reuela domino uiam tuam. et cętera. Nam idẽ & se fecisse testat̃ dicens. Dixi pronunciabo aduersum me iniusticias meas domio. &c̃. Apl's uero Iacobus idẽ nos facere exhortat̃ dicẽs. Confitemini alterutrũ peccata uestra. & orate pro inuicẽ & cęrate. Itaq; exomologesis. psterni et humile faciendi hominibus disciplina est. habitu uili atq; uictu gracili. sacco & cinere corpus incuruare. ac sordibus obscurare. animum mœroribus deiicere. illa quę peccauit trisli tractatione mutare.